



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 25. Quesnellus publico Archiepiscopi edicto comparere jussus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. Superioribus inclusus teneretur, do-
A. C. 1703 nec Sacræ Sedi circa suam doctrinam
 plene satisfecisset. Verum Franciæ
 Rex eundem ceu sibi subditum extradi
 jussit, unde in Franciam delatus, pri-
 mo in Ambianensi arce, postea in Vin-
 cennarum carcere inclusus, per inte-
 gros quinque ac ferme sex annos hæ-
 sit, & demum octogenario major die
 decima octava Aprilis anno hujus sæ-
 culi decimo cunctos errores suos re-
 tractavit, suamque palinodiam trigesi-
 ma ejusdem Mensis die ratam habuit,
 postquam ex Vicennarum custodia in
 Monasterium S. Germani translatus
 fuerat.

§. XXV.

*Quesnellus publico Archiepiscopi e-
 dicto comparere jussus.*

Quamprimum Quesnellus e carcere
 profugus, Amstellodami suæ se-
 curitati sat prospectum crediderat, mox
 calamum suum, quo antea nec tiaræ
 nec sceptris nec Purpuræ pepercerat,
 contra Archiepiscopum Mechliniensem,
 sibi que adversantes acuere, inque eum
 densam injuriarum nubem effundere
 cæpit: præprimis vero libellum, sub
 titulo: *motiva Juris* edidit, in quo
 rationes exposuit, ob quas tam Archi-
 episcopum suum, quam ejus judicium
 præ-

*Causa
 Quesnel.
 pag. 1.*

Sæc. XVII.
A. C. 1703.

probrosa fuga declinarit, simulque crimina sibi ab Advocato objecta diluere conatus est: cum ergo Archiepiscopus de Quesnelli pœnitentia desperaret, judicii acta in eum, absentem licet, instruere statuit; præprimis igitur publico edicto eundem in jus vocavit, die decima tertia Mensis Februarii anni sequentis Bruxellis promulgato hoc edicto.

„Exposuit nobis Procurator officii Curiae nostræ Ecclesiasticæ *Bruxellis*, quod Pater Paschasius Quesnel Presbyter, origine Parisiensis, antehac detentus, ac sequestratus in Palatio nostro Archiepiscopali hujus oppidi, postquam citatus fuisset, ut personaliter responderet ad Libellum conventionalem exponentis, sequestrum suum violaverit, & effracto de nocte, opera nonnullarum personarum, carcere, eruperit, & hactenus latitet; cumque publici intersit dictum profugum, & latitantem via juris adigi ad hoc, ut personaliter respondeat ad præfatum Libellum, Vobis, & singulis vestrum mandamus, ut ad instantiam præfati exponentis citetis coram Nobis personaliter, & peremptorie ad certum diem juridicum per vos designandum, (intra quem & diem citationis vestræ sint ad minus quatuor Septimanæ intermediæ) aut si ille

F 2

„juri-

Sæc. XVII. „juridicus non fuerit, ad alium tunc
A. C. 1703. „immediate sequentem, præfatum Pa-
 „trem Paschasium Quesnel, antehac
 „detentum & sequestratum in Palatio
 „nostro Archiepiscopali *Bruxellis* dicto
 „Procuratori officii responsurum super
 „sequentibus:

I. „Quod postquam Anno 1678. in
 „Comitiis Oratorii *Berulliani* omnibus
 „& singulis ejusdem Congregationis
 „injunctum fuisset subscribere Formulæ,
 „rejiciendi in Scholis *Hæresin Jansenianam*, & ipse pertinaciter recusasset
 „subscribere, *Galliam* deseruerit, &
 „quamvis Presbyter, latitaverit in *Bel-*
 „gio *Catholico* sub veste laica.,

II. „Quod ibidem, & in vicinis
 „Provinciis plures turbas, & dissidia
 „excitarit, Presbyteros commoverit
 „adversus proprios Episcopos, Clerum
 „*Batavicum* impulerit adversus sum-
 „mum Pontificem.,

III. „Quod damnatam in *Michael*
 „*Bajo* Doctrinam renovaverit, atque
 „laudaverit novam operum ejusdem
 „*Baij* editionem.,

IV. „Quod proscriptam *Jansenii*
 „doctrinam extulerit passim, ac propu-
 „gnarit, & damnatas *Jansenii* hæ-
 „reses suis passim scriptis inseruerit.,

V. „Quod Pontificiis Decretis, in
 „*Causa Jansenii* latis, liberaliter de-
 „traxe-

„traxerit, quasi iisdem aliquid per frau-
 „dem, & citra Pontificum voluntatem Sæc. XVII.
 „fuisset insertum.,, A. C. 1703.

VI. „Quod scripserit, esse sacrile-
 „gum, & toti Ecclesiæ injuriosum exi-
 „gere subscriptionem, & juramentum
 „facti, ut ajunt, *Janseniani*, quod For-
 „mulario Alexandri VII. continetur.,,

VII. „Quod post Breve & Decre-
 „tum Innocentii XII. de Anno 1694.
 „contenderit sensum obvium Formu-
 „larii non requirere, ut Propositiones
 „damnentur *in sensu ab Authore intento*,
 „edideritque, & omnium suorum no-
 „mine editam declaraverit Formularii
 „explicationem, in qua protestatur,
 „quod per Formularii subscriptionem
 „non subscribatur condemnationi Libri
 „*Jansenii*.,,

VIII. „Quod, quamvis Alexan-
 „der VII. declaraverit, esse falsum, pa-
 „tensque mendacium, quod sub Inno-
 „centio X. non fuerit examinatum id,
 „quod vocatur *factum Jansenii*, nihilo-
 „minus præfatus P. Quesnel ausus fue-
 „rit palam asserere, & scriptis suis
 „propalare, non fuisse sub Innocen-
 „tione X. examinatum id, quod vocatur
 „*factum Jansenii*.,,

IX. „Quod dixerit publice, non-
 „dum advenisse tempus reddendi Ju-
 „stitiam *Jansenio*, & illatam ipsi inju-

Sæc. XVII. „riam reparandi, & interim ipse per
 A. C. 1703. „minaces literas jactaverit, se aliquan-
 „do *Jansenii* defensionem suscepturum
 „contra *Clerum Gallicanum.* „

X. „Quod pertinaciter adhæserit
 „factioni eorum, qui adversus Eccle-
 „siæ Decreta, & adversus Edicta Prin-
 „cipum conjurarunt, Librum, & Do-
 „ctrinam *Jansenii* tueri: quod illa factio
 „late per *Galliam, Belgium & Hollan-*
 „*diam* sit diffusa, & a factiosis appelle-
 „tur *Ordo*, quod illa factio habeat suas,
 „uti vocant, *Abbatias, Prioratus,*
 „*Collegia, Domos, Hospitia, & Ere-*
 „*mos*, quod illa factio plures comple-
 „ctatur *Sæculares & Regulares*, quo-
 „rum alios *Visitatores*, alios *Piores*,
 „alios simpliciter *Patres*, alios *Fratres*
 „appellant, quod a morte *Dni. Arnaldi*,
 „quem *Patrem Abbatem* nuncupabant,
 „*P. Quesnel* factionem hanc consiliis
 „suis rexit sub titulo *Patris Prioris*.
 „Quod varias instituerit visitationes,
 „exigens a præcipuis, ut ad ipsum
 „referrent, quæcunque possent promo-
 „vere dictam factionem, quod ad eum
 „effectum procuraverit distributiones
 „pecuniarum, quibus *Procuratores* fa-
 „ctionis, tam *Romæ*, quam *Parisis*,
 „& alibi existentes possent causas fa-
 „ctionis sustinere. „

XI. „Quod in literis factionem con-
 „cernentibus passim usus fuerit Cifra
 „fictorum nominum, ne celata Myste-
 „ria & Conspiraciones possent, eve-
 „niente casu interceptionis literarum,
 „detegi. „

Sæc. XVII.
 A. C. 1703.

XII. „Quod ad novam Editionem
 „correxit Libellum, cui titulus *Phan-*
 „*tasma Jansenismi*, dum ipse ejusmodi
 „prætensi Phantasmatis erat Dux &
 „Antesignanus. „

XIII. „Quod, cum Romæ damna-
 „tum fuerat opus ab ipso *Parisiis* edi-
 „tum, cui titulus *Dissertationes, Notæ,*
 „*observationes, Emendationes, Interpreta-*
 „*tiones, Annotationes, Apostillæ ad S. Leo-*
 „*nis Magni opera, & ad Codicem Canonum*
 „*Constitutionum Sedis Apostolicæ*, ausus
 „sit adversus decretum desuper latum
 „scribere plurima infamia, & Sacræ
 „Congregationi summe injuriosa. „

XIV. „Quod tam scripserit, quam
 „ab intimis suis receperit literas Regi
 „nostro Catholico, Regi etiam Chri-
 „stianissimo, & præcipuis utriusque
 „Regis Ministris, imo & summis Pon-
 „tificibus, Cardinalibus, & Episcopis
 „graviter obtrectantes, quodque illos,
 „a quibus ejusmodi literas accepit,
 „continuaverit colere uti intimos. „

XV. „Quod indigno modo perstrin-
 „xerit Regium Senatum *Montibus Ha-*

Sæc. XVII. *noniæ* residentem, uti & Montensem
A. C. 1703. „Magistratum. „

XVI. „Quod literis suis laudaverit,
„& probaverit plura Opuscula Patris
„*Gabrielis Gerberon*, quæ a Sede Apo-
„stolica sunt proscripta, quodque ei-
„dem subministraverit varia manu-
„scripta, ex quibus dicta opuscula
„conficeret. „

XVII. „Quod limaverit plura scripta
„seditiosa, & pernitiiosa exarata manu
„*D. Ernesti Ruth D'Ans*. „

XVIII. „Quod acriter invectus sit
„in eos, qui damnarent quadraginta
„Doctores Sorbonicos; propter resolu-
„tionem famosi Casus Conscientiæ, per-
„fidiam objecerit iis ex quadraginta
„Doctoribus, qui ad saniolem men-
„tem reversi, se Eminentissimo Cardi-
„nali de Noyailles, Archiepiscopo suo
„subjecerunt. „

XIX. „Quod, postquam ipsemet
„erga Eminentissimum Cardinalem
„Noyailium, suum Archiepiscopum,
„summam publice professus esset Vene-
„rationem, suosque Libros illius e-
„mendationi absolute subjecisset, in-
„terim dictum Eminentissimum Domi-
„num literis suis ad amicos scriptis in-
„dignis modis perstrinxerit, & dum
„libellum eidem Eminentissimo Domino
„summe injuriosum detestari simularet,
„eun-

„eundem ad familiares suos scribens, Sæc. XVII.
 „summe laudaverit tanquam modera- A. C. 1703.
 „tissime, & nervosissime scriptum.,

XX. „Quod in hoc *Belgio*, & sub
 „Archi - Diæcesi nostra reimprimi, &
 „distrahi curaverit varia scripta jam
 „antea a Sede Apostolica prohibita,
 „ac ediderit plurima anonyma, uti &
 „varia, non solum carentia Approba-
 „tione Censoris, sed & Authorem, &
 „Typographum mentientia.,

XXI. „Quod ob scandala inde orta,
 „& errores, falsitates, ac injurias in
 „illis contentas, jam nunc aliqua ex
 „dictis scriptis, Decretis Sedis Apосто-
 „licæ fuerint condemnata, & etiam in
 „*Belgio* manu tortoris combusta.,

XXII. „Quod *Bruxellis* absque ulla
 „Approbatione Censoris ordinarii loci,
 „curarit imprimi *Historiam Congregatio-*
 „*num de Auxiliis*, postquam petitum de-
 „super Privilegium Regium ipsi fuerat
 „denegatum.,

XXIII. „Quod illo ipso tempore,
 „quo ductus fuit ad locum sequestri,
 „actualiter incumberet edendis variis
 „libris & scriptis absque ulla Appro-
 „batione, aut Privilegio Regio, &
 „signanter: *Lettre d'un Evêque a un*
 „*Evêque*, & *l'Année chrétienne*, operi
 „bis a Sede Apostolica condemnato.,

Sæc. XVII. XXIV. „Quod etiam præparaverit
A. C. 1703. „compilationem centum quinquaginta
 „sex opusculorum, a nata Hæresi *Janseniana* in publicum editorum, quorum
 „etiam plurima a sancta sede sunt dam-
 „nata: illaque omnia perpetraverit cum
 „magno Christi fidelium scandalo &
 „obloquio; & super aliis de jure, con-
 „suetudine, concordatis, ac alias ad
 „cognitionem nostram pertinentibus die
 „prima sequente latius deducendis,
 „quod videbitur responsurum; & cum
 „præfatus Paschasius Quesnel, ut di-
 „ctum est, sit profugus, ac latitet,
 „volumus, ut executio præsentium,
 „quæ fiet ad Portam Palatii nostri in
 „hoc oppido, ad valvas insignis Eccle-
 „siæ Collegiatæ Divorum Michaelis &
 „Gudilæ, & ad ultimum citati in hoc
 „oppido Domicilium (missa citato, si
 „fieri possit, harum, & executionis
 „vestræ copia) ejusdem sit valoris, &
 „roboris, ac si in propriam ipsius Per-
 „sonam facta foret, & pro tali eam
 „authorisamus, & quid de eo feceritis,
 „Nobis fideliter rescribatis. „

§. XXVI.

*Archiepiscopi sententia contra
 Quesnellum.*

Cum